RUPERTUS TUITIENSIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 15r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26344
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tui ducent in omes gentes. Hec duo mala euenerunt ibi.
scilicet & cecitas cordis. & dispersio captiuitatis que loco
prescripto continuat concessio prophetica. dicendo. obscu
rentur oculi eorum ne uideant. & dorsum eorum semper incurua.
& utrumque euangelio xpi bonum est. Si enim uideres idem in
xpm credidisses. baptismum & circumcisionem commiscu
isses sicut facere uolentes pauci illi qui ex populo tuo conuersi
& sanati idest babtizati sunt in inicio xpianitatis sedi
ciones euangelii predicatoribus excitauerunt. sedensque in
ciuitatibus tuis dorso erecto tuo si non esses incuruatus pro arbi
trio tuo uelles predicari. & non nisi circumcisum gentilem
patereris admitti. atque hoc pacto nec mihi nec tibi xpc
esset. nec mihi nec tibi euangelium prodesset. IUDEUS

Malis meis insultas. non recogitans quia scriptum est cum con
uerterit dominus captiuitatem plebis sue exultabit iacob
& letabitur israel. XPIANUS. Non insulto. sed tamquam fr
fri uoces in gero. ueritatis bonum tibi retribuens pro malo.
quia tu salutem meam odisti. ego autem salutem tuam desidero.
Nosti illam parabolam domini mei. Homo quidam ait habu
it duos filios & dixit adolescentior ex illis patri. Pater
da mihi portionem substantie que me contingit. & rel. Ego & tu
sumus illi duo filii. & enim unus deus nos creauit. unus
adam ambos nos genuit. Ecce tu foris stas pro ira & in
indignatione. quia pater meus saluum me recepit. & non uis intro
ire pariterque epulari. Ego autem egredior ad te & rogo
ut ingrediaris. ostendens tibi stolam primam quam pater
in lauacro mihi dedit cum anulo fidei. & calciamentis
scientie ueritatis. Accipe mecum hunc anulum. admitte
fidelem sermonem istum. quem quoniam de fide est anulum
nuncupare placet. & stola ista induere. calciamen
tis istis mecum calciare. EXPLICIT LIB. PRIMUS.
INCIPIT LIBER. SCDS.

Explicit lib primus incipit lib secds.